


LIBER SEXTVS DECRETALIVM .

CLAVDII PAPAE CONSTITVTIONES, EXTRAVACANTES TVM VIGINTI TVM COMMVNES.

*Hae omnia cum suis glossis sua integritati restituta, & ad exemplar
diligenter recognita.*



VENETIIS, Apud Iuntas. M. D. C.

DECRETALIVM

BONIFACIUS Papa VIII. natione Hernicus, patria Anagninus, è familia Caietana, anno M CCXCIII. Pontifex Maximus creatus est. Is Decretales epistolas prædecessorum suorum per Gulielmum archiepiscopum Ebrudunens. & Berengarium episcopum Bitunens. ac magistrum Richardum de Senis S.R.E. Vicecancel. diligenter fecit recenseri: & quibusdam decretis novis à se additis in vnum librum sub debitis titulis redigi, & quinque alijs Gregorij Papæ IX. annecti, Sextumque nuncupari iussit. Ad quem Ioannes And. Bononiens. continuas & illas, quibus multa ex eius lectura fuerunt inserta, & hoc signo [] nota, conscripsit.



M. D. C.

VENEZIA

T A B V L A
TITVLORVM V. LIBRORVM
SEXTI DECRETALIVM
 secundum ordinem alphabeti.

A D E B



Acusationibus, in-
 quisitionibus, &
 denunciacionibus.
 lib. 5. titu. 1. pagi-
 na 413
 Appellationibus li-
 br. 2. titu. 15. pa-
 gina 267
 Arbitris. lib. 1. tit. 22.
 205

Electione & electi potestate. lib. 1. tit. 6. 26
 Eo qui mittitur in possessionem causa rei
 seruandæ. lib. 1. tit. 7. 229
 Aetate & qualitate, & ordine præficiendorum.
 lib. 1. tit. 12. 147
 Exceptionibus. lib. 2. tit. 12. 245
 Excessibus prælatorum & subditorum. lib. 5.
 tit. 5. 450

F

Bigamis. lib. 1. tit. 12. 150

Filiis presbyterorum, & aliis illegitime na-
 tis. lib. 1. tit. 11. 148
 Foro competenti. lib. 1. tit. 2. 213

C

Capellis monachorum. libro 3. titu. 18.
 383
 Censibus, exactionibus, & procuracionibus,
 lib. 3. tit. 20. 386
 Clericis coniugatis. lib. 3. tit. 2. 288
 Clericis non residentibus. lib. 3. tit. 3. 289
 Clerico ægrotante vel debilitato. lib. 3. titu. 5.
 332
 Cognatione spirituali. lib. 4. tit. 3. 410
 Concessione præbendæ, & ecclesiæ non vacan-
 tis. lib. 3. tit. 7. 335
 Contestis. lib. 2. tit. 9. 232
 Consecratione ecclesiæ vel altaris. lib. 3. tit. 21.
 393
 Consuetudine. lib. 1. tit. 4. 39
 Constitutionibus. lib. 1. tit. 2. 7

H

Hæreticis. lib. 5. tit. 2. 414
 Homicidio. lib. 5. tit. 4. 448

I

Is quæ vi metusve causa fiunt. libro 1. tit. 20.
 201
 Immunitate ecclesiarum, cœmeteriorum &
 aliorum locorum religiosorum. lib. 3. tit. 23.
 396
 In integrum restitutione. lib. 1. tit. 21. 203
 Iniuriis & damno dato. lib. 5. tit. 8. 467
 Institutionibus. lib. 3. tit. 6. 334
 Iudicii s. lib. 2. tit. 1. 209
 Iuramento calumniæ. lib. 2. tit. 4. 220
 Iuramento. lib. 2. tit. 11. 248
 Iure patronatus. lib. 3. tit. 19. 384

D

Decimis, primitiis, & oblationibus. lib. 3.
 tit. 13. 366
 De desponsatione impuberum. lib. 9. tit. 2. 407
 Dolo & contumacia. lib. 2. tit. 7. 226

L

Licis contestatione. lib. 2. tit. 3. 217
 † 2 Maio

[Prima glo. legitur sine recitatione: tamen tria facit: Nā allegatione, & causa præmissis, innocat suffragiū diuinū, exprimens ad quid: Secūdo ponit operis utilitatem, quam optat: Tertio de quadruplici hominum sermone loquēs, operis defectus excusat, & profectus attribuit Archidiacono, quē commendat, & cui submittit hoc opus. Io. And. in nouella.]

LIBER SEXTVS DECRETALIVM

Dom. Bonifacij Pape Octauī.

BONIFACIVS A EPI-



Bonifacius Ep̄s] Ea rōne motus, quā in principio secūdi, tertii, & quarti, & quinti libri Decretalium, quæ erere nō solemus de his quinque vel sex, quæ sunt in cuiuslibet libri principio attendēda, sed in principio voluminis sufficit quæsiisset: In principio huius sexti libri, licet nō idē sit auctor, q̄rere permittam, ut sic breuitatis etiā ad ea sufficiat remissio, q̄ in principio Gregorianæ cōpilationis p̄ Bernardū notata fuerunt. Et licet antiqua sit Rhetoricorū altercatio, an salutatio sit pars epitolæ, id eorū disputationi & solutioni relinquens, hoc progm̄ in quatuor diuīdo partes: In quarum prima salutatio ponitur usque ibi sacrosanctæ. In sc̄a exordiū usq; ibi, Sane. In tertia narratio usq; ibi, Vniuersitati. In quarta conclusio vsq; in finem. Primo igitur Dñs Bonifacius Doctores, & scholares morantes Bononiæ salutatur & benedicit. Sc̄o exordiendo dicit, quōd intendit sollicite circa commoda subditorum, & voluntariē laborat, & interdum totis noctibus vigilat, antiqua iura declarando, & noua condeudo, ut ipsorum scandala tollat, & lites reprimat, ad q̄ se teneri fateatur ex officio dispensationis sibi creditæ, eo q̄ præsit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ à Deo prælata fuit cunctis Ecclesiis, & effecta totius orbis magistra. Tertio narrat se a multis requisitum instanter, ut elucidaret, q̄ ex Extraneantibus editis post compilationem Gregorii noni ab ipso uel aliis Romanis pontificibus teneri, & quæ refulari deberent, & qui fuerint auctores ipsarum: Quod efficere desiderans, per tres nominatos in littera, Extraneantes ipsas fecit diligentius recenseri, quarum multæ resecatæ fuerunt, quia temporales, uel iuri contraræ, uel superflue, reliquas in melius reformatas, cum utilibus constitutionibus per ipsum nouiter editis, mandauit in unum librum redigi, & sub debitis titulis collocari, illumque librum uult adiūgi quinque libris Decretalium, & uocari Sextū, cum senarius numerus sit perfectus. Dicit demum, q̄ ideo non mandauit, hæc constitutiones in compilatione Gregorii sub suis titulis poni, quia oportuisset multos libros deseriui, & nouos fieri cum maximis laboribus, & expensis. Quarto concludendo, mandat ipsis Doctores, & scholaribus, q̄ ipsum librum mature compositum, quem eis sub Bulla transmittit, affectuosè recipiant, illo usuri in iudiciis & scholis, & præcipi, q̄ alienis non recipiant, nec pro Decretalibus habeant aliquas constitutiones Romani pontificis editas post compilationem Gregorii noni papæ, quæ in ipso Sexto libro insertæ uel resecatæ non sint. Hoc dicit progm̄.

[Glos. seq. tria facit, auctorem commendat, nominis etymologiam ponit, quærit obliuendo de lege, & tripliciter soluit, legi respondens. a q̄ Bonifacius.] Ex prædecessoribus suis eiusdē nominis, Sexu Decret. Lib. I. A minis,

Ex uarietatis initio salutatiois notatis sit uerisimile, dñm papā non solum ad Bononiensē, sed ad alia etiā gymnasia hæc librū misisse.

Varietas & calis tige coabitata huius lumina habent ita, in pit lib. x^o Decretaliū. Bonificij pape Octauī. & se inserto ex p̄nti et a ratiō colitur.

Quia præpositus est ordo, prius humana subsidia petere, ut illa deficientibus diuini fauoris gratia possit. In omni Christiano, in fine, idcirco ego Ioānes Andreæ Bononiensis in omnibus huius, inter Decretorum Doctores licet minimus, & non indignus, cupiens huius operis mei fore principium ad inuocacionem, honorem & laudem nominis Iesu Christi, quod quæ reco, flectere debeo genua saltem corde, inf. de immu. eccl. decet §. conuenientes. Prius ad eum in quantum possum, humiles porrigere preces, ut non ponderatis humanis demeritis, sua sola clementia in me, sui celestis irrigui gratiam influat, scientiæ & eloquentiæ suppleudo defectum, augendo ingenii modulum, & memoriæ quantitatem: ut possim scripturarum huius libri ueritatem pandere, errores fugare, ænigmata referre, nodos soluere, obscura dilucidare, & dubia declarare inf. de reliq. & uene. sanct. cap. 1. §. horum quippe in fin. §. ut sic seruetur, & augmentetur scientia, uirtus & gratia in meipso, ut iuxta uerbum Psalmistæ, De uirtute ambulemus in uirtutem. de p̄n. dist. 2. cum sanctam. circa prin. plantetur, & discedat, roboretur, & conseruetur huius iuris scientia in mentibus desiderantium & auditorum. 2. q. 1. aduocauit. in 6. ut per eam ipsorum honorificentia, & ditata sint corpora, supra. de præbend. de multa in fin. ipsorumque corporum membra reddantur iustitiam feruitura, ut 147. distinet. omnes §. nam cum quibusdam ut sic eruditis sint animæ, & à Deo p̄stæ, induzque iustitia beatitudinem mereantur. de p̄n. dist. 2. illa anima & c. seq. Sit autem hoc opus memoriale pro uocetis, inuenes instruat, cum paribus conferat, & desideris excusso negligentis somno, inf. de homi. pro humani. in fi. 1. respo. assiduos & vigilantes reddat ad studium, ut sermo meus sentillam amoris huius scientiæ in eis inueniens, in illam fluat & p̄stet, ut cum creuerit flammam dignissimam faciat. de p̄n. dist. 1. sermo. Laudantes igitur hoc opus, melioribus rationibus roborantes, & merito reprehendentes amplector, detraherentibus. 1. autem non reuolto, sed uelut agnus coram rudente, non speriam os meum. de p̄n. distinet. 2. si enim inquit. ad finem primæ columnæ, paratus ab anniculo doceri. 2. q. 3. c. Adscribam igitur insufficientiæ meæ quicquid in hoc opere reprehendendum existit, me tamen reddant aliquantulum in hæc excusatum cognoscendæ ueritatis affectus, & non debilis amor, quem corde gerō fixum ad studium & studentes, quibus attrahor, & absolute compellor manum ad calamum mittere, licet ad id insufficientissimum me cognoscam. Si quid autem ibi fuerit notatu dignum & utile, prius diuini potentis adhibeo: Secundo Respondeo dist. 1. patri, sub cuius umbra quiesco, & Doctor sedeo (licet indignus) Domino Guidoni de Baylo Archidiacono Bononiensi, ex cuius scriptis & dictis (quæ non in glossas recipio, sed in textum, & maxime in lectura per ipsum super libro decretorum nouiter compilata) infrascripta collegi. Et licet omnium peritorū huius iuris dicta uel scripta suo iudicio putō

Contra trahen s B. Hie in ymus uologo sdrq pul are scri ita: uquam ch Chri iutian i, filebit logū. Et p̄tiffalli ua bal utiet: se ant qui olunt, q olūt ab ciāt eū lent api es, lrasca inietur, tagis ve ra chari ate puo abor ad rudū, q̄ llorū de r. ctione c odio d arebor. o. And.